

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomia Temporum Novi Testamenti, Exhibens Gubernationem Dei In Ecclesia

Majus, Johann Heinrich

Francofurti ad Moenum, MDCCXXI.

VD18 11274050

Caput V. De Rebus A Iesu Gestis A Paschate Secundo Usque Ad Pascha
Tertium.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199398

Marc. II. xit, quo fui, se sponso ablato, jejunaturi & tristes futuri sint: 13. seqq. deinde & Phariseorum inveteratam de jejuniiis & aliud id genus traditionibus, opinionem, rejecit, & appositis aliquot similitudinibus indicavit, *παροπαρὰ δόσεis* cum doctrina Evangelii, tanquam novo foedere, misceri aut adaptari haud posse. *Marc. II. 13. -- 23. Luc. V. 27. -- 39.*

XIX.

*Discipu-
los spicas
Sabbatho
vellentes
defendit.*

Tametsi autem hostes saepe profligaverit JESUS, non tamen destiterunt ei discipulisque ejus insidiari. Quod paulo post iterum fecerunt. Cum enim discipulos in Sabbatho *δευτεροπαιρῶν* spicas vellere & edere observassent, illos statim carpunt & apud Christum quoque accusant, quasi Sabbathum profanarent. At Salvator factum discipulorum contra malevolos calumniatores defendit, tanquam licitum, exemplo Davidis 1 Reg. XXI. 6. è fine Sabbathi propter hominem instituti, & divina sua disponendi facultate. *Marc. II. 23. -- 28. Luc. VI. 1. -- 6.*

CAPUT V.

DE

REBUS A JESU GESTIS A PASCHA.
TE SECUNDO VSQVE AD PASCHA TERTIUM.

I.

*Jesus
claudum
per 30. an-
nos in
Sabbatho
sanat,
blasphē-
miasque
Judeorum*

Posthæc appropinquante Judæorum festivitate solenni Paschali, JESUS Hierosolymam tendit, cum, ut Legi, cui sponte se subjecit, obtemperaret, communionemque cum veteri Ecclesia Israël. probaret: tum, ut in populi ibi confluentis frequentia, verbis pariter atque factis illustribus Messiam se demonstraret. Idque primum fecit ad piscinam Bethesda cognominatam, ubi ingens multitudo variis morbis laborantium decumbere

JESVS MIRACUL. SABBATO FACIT DEUMq, SE PROBAT. 33

cumbere & exspectare aquæ motum solebat; placuit enim DEO *Joh. V. 1. ff. diluit, & DEVM se probat.*
 aquis illis jam olim celebribus, & Davidis Messiaque regnum
 significantibus, Jes. VIII. 6. medicam sanandi virtutem, sub hu-
 jus adventum indere, atque sic excitare Judæos, ut fontes salu-
 tis per Christum aperiendos quærent, Jes. XII. 3. Certo au-
 tem tempore Angelus Domini cœlitus descendebat, & aquam
 movendo turbidam reddebat, in quam qui primus intravit, pro-
 tinus convaluit, quocunque detineretur morbo. Ibi cum pa-
 ralyticus quidam per 38. annos sanitatem quæreret, sed obtinere
 non valeret, quia neminem habebat, qui eum in aquam simul-
 ac turbabatur, projiceret, JESUS eum verbo sanavit, & lectum
 e vestigio asportare jussit. Quod ubi fecit, Judæi reprehen-
 derunt, quia tum dies Sabbathi erat. At sanatus mandatum
 sanantis se allegavit, quem tamen non novit, sed deinceps de-
 mum in templo JESUM conspicatus, id Judæis renunciavit, qui
 benefactorem tanquam violatorem Sabbathi occidere cupiunt.
 JESUS autem recte, & exemplo Patris sui cœlestis, incessanter
 operantis diebus singulis in conservatione & gubernatione re-
 rum creatarum, hoc factum probat, & cum novum inde cri-
 men blasphemiae Judæi ei impingerent, id ipsum diluit ac soli-
 dis argumentis demonstravit, quod DEI Filius Deoq; æqualis
 prorsus esset, 1. generatim, quod eadem opera eademque pror-
 ad stuporem admirationemque omnium. 2. speciatim, quia
 corporaliter & spiritualiter mortuos pro arbitrio vivificare, judi-
 care orbem universum, credentibus vitam æternam donare &
 reprobos damnare posset, quoad divinam haud tantum, sed et-
 iam quoad humanam naturam. Ac ne cavillari possent Judæi,
 JESU de seipso testimonium suspectum esse, Salvator provo-
 cat ad Patris sui, Baptistæ, operum suorum & scripturarum
 Propheticarum testimonium, quæ omnia illi excœcati contem-
 nerent, & se in Patris nomine venientem recipere nollent. Juste
 igitur eos damnari vel à Mose, de se testante. Joh. V. 1.--- 48.

E

II. His

II.

Matth. IV.

23. seq.

Hominem
manu ca-
ptum resti-
tuit & a-
lios agro-
cos.

His rationibus gravissimis ad sanam mentem reducere non sinebant Judæi, sed deinceps quoque omnia dicta & facta Salvatoris sinistre interpretati sunt, novamque calumniandi occasionem arripuerunt, cum JESUS paulo post Galilæam repetens, in Synagogis passim doceret, & ægros sanaret, interque hos etiam in Sabbatho hominem manu captum. Priusquam vero id faceret JESUS, prodire jussit aridam manum habentem, observatoresque suos interrogavit, benè an male facere Sabbathis fas esset, vitam hominis servare, vel perdere? & tacentibus illis ex obstinata animi malitia, iracundia pariter ac tristitia eam ob rem affectus, aridam manum restituit subito. Hoc beneficio magis quoque exacerbati Pharisei, consilia de occidendo JESU ceperunt; at is cum discipulis ad loca Genesarethico mari vicina recessit, eumque ingens hominum multitudo undiquaque adventans secuta est, ubi multos ægros & obseffos sanavit, non sine fama nominis amplissima, quam tamen minime captavit. Matth. IV. 23. -- 25. Marc. III. 1. -- 13. Luc. IV. 6. -- 12.

III.

XII. Apo-
stolos eli-
gn.

Cum igitur major subinde hominum multitudo conflueret, tandem a mari deflexit, inque vicinum montem ascendit solus, non tam quiescendi à laboribus quam orandi causa, quia electionem Apostolorum moliebatur, quam etiam, transacta in precibus nocte, postero die suscepit, atque ex discipulis XII. elegit, comites individuos & veluti legatos à latere, Evangelium per orbem terrarum prædicaturos, quos proinde Apostolos nominavit, quibusque facultatem sanandi morbos quoscunque & expellendi dæmones tribuit; ut ita etiam auctoritatem sibi conciliarent. Quorum ordinem & nomina Evangelista recensent. Electos è monte descendens in loco campestri coram populo renunciavit, & multos ægros sanavit, adeo ut omnis turba certatim

tatim ipsum contingere desiderarent; quia virtutem quandam *Matth. V.*
divinam experiebantur ex eo prodire, omnes sanantem. *Matth. 1. seqq.*
V. 1. Marc. III. 13. -- 22. Luc. VI. 12. -- 20.

IV.

Electos Apostolos instruebat primum de beatitudine *In monte docet 1.*
coelesti, quomodo & ipse consequi & alios ad eandem per-
ducere possint atque debeant. Idque fecit in confluxu ingentis *qui vere beati sunt fierique queant 2.*
multitudinis, quam ubi vidit, in collem conscendit, &, acce-
dentibus propius discipulis, per breves aphorismos, carni & ra-
tioni paradoxos, publice docuit, qui verè beati sint, & quibus
mediis adspirare ad tantam felicitatem possint. I. Beatos præ-
dicat *pauperes spiritu*, sive humiliter de se, suis viribus & operi-
bus sentientes; veros autem duraturosque thesauros gratiæ, per
Christum partos & in Evangelio oblatos, quærentes & fide arri-
pientes: talium esse dicit totum regnum cælorum, cum omni-
bus bonis ineffabilibus. II. *Lugentes & desolentes* misericordiam at-
que paupertatem suam spiritualement, & ad DEUM misericordia
divitem confugientes, (Ephes. II. 4.) quippe qui solatium gau-
diumque reale in hac & futura vita accepturi sint, Joh. XVI. 20.
Pl. 126, 5. Apoc. 21, 4. III. *Mites* & calamitates omnes man-
sueti spiritu sustinentes, atque ad *μετάνοιαν* ex paterna castiga-
tione redeunt, qui non hanc solum, sed cum primis novam il-
lam terram, (Jes. 66, 22. 2. Pet. 3, 13.) hæreditario jure possessuri
sint. IV. *Esurientes & sitientes* justitiam illam DEI admirabi-
lem, à JEHOVA, justitia nostra, partam & fide apprehensam, qui
fatiabuntur spiritualibus benedictionibus *ἐν τοῖς ἐπηρεασμοῖς* (Ephes.
1. 3.) V. *Misericordes*, & gratum animum propter misericor-
diam à DEO in remissione peccatorum gratuita per Christum
acceptam, operibus misericordiæ testantes proximo, qui sub-
indemmeritiam, qua quotidie indigent, consequentur ube-
riorem, in hac & futura vita. VI. *Puros corde*, qui ab omni
corporis & spiritus labe se purgant & perficere sanctimoniam in
timore

Matth.

V. 2. seqq.

timore DEI student, 2. Cor. VII. 1. Spiritu sanctificationis, cor novum creante, opitulante, & renovante spiritum mentis: illi enim purgati ita, oculis interioribus hic in ænigmate quidem & velut in speculo, satis tamen clare, in altera autem vita videbunt DEUM ipsum à facie ad faciem, 1. Cor. XIII. 12. Ebr. XII. 14. 1. Joh. III. 2. VII. *Pacificos* & pacificatores, pacemque sectantes & servantes cum DEO & omnibus hominibus, Rom. XII. 18. amissam iterum querentes vera pœnitentia, offensos & dissidentes cum DEO & proximo reconcilians, 2. Cor. V. 20. quoniam illi filii DEI vocabuntur & erunt, talesque habebuntur si non coram mundo, tamen coram DEO, angelis & piis, & Patris cœlestis hæreditate in æternum fruuntur, VIII. Persecutionem patientes ob justitiam, quam prædicant, confitentur, conversationeque & vita iusta testantur; quia illorum est regnum cœlorum. Quæ sors licet omnibus fidelibus communis sit, maxime tamen Apostolos manebat; eos proinde speciatim compellat JESUS, inque subeundis & perferendis persecutionibus patientes & latus esse jubet, proposita eadem sorte, Prophetis olim obtingente, & mercede gratuita expectanda. Matth. V. 2. -- 13. Hæc, ut altius animos penetrent, rem antithesi declaravit, & vix divitibus, salutis, ridentibus, mundo gratis, denunciavit, Luc. VI. 24. -- 27.

V.

2. de officiis Apost. & Christianorum secundum legem, quam vindicat.

Post traditam ita beatitudinis viam, Salvator ad discipulos & Apostolos cum primis se convertit, eosque monet, ut eandem viam doctrinamque aliis quoque sedulo inculcent, cum sint & esse debent *Sal terra*, qui corruptam carnem corrigit & servet; item *Lux mundi*, doctrinæ puritate & vitæ sanctitate prælucent. tenebrosos hominibus, ut illi etiam illuminentur, convertantur, & DEUM glorificent. Juxta Evangelium vero Legem retineri & urgeri jubet, cum ipse eam nequaquam ita abrogaverit, ne amplius norma vitæ sanctæ sit, sed impleverit, nos ab ejus maledictione liberaverit, tuamque justitiam donare velit credenti-

dentibus, ut salvi fiant: qui tamen hanc gratiam trahere haud
 debeant ad peccandi licentiam, quasi vel sublata prorsus lex vel
 parvi æstimanda sit in minimis. Talia enim qui fecerit aliosve
 docuerit, eum minimum ac nullum futurum in regno cœlorum;
 maximum autem, qui & servaverit, & servandam instillaverit.
 Qua in re cum Pharisei & Scribæ graviter errarent, & nec lega-
 lem, nec Evangelicam justitiam recte intelligerent, abundatio-
 rem requirit, & hac occasione Legem per traditiones corruptam
 vindicat (α) in V. præcepto, quod nimis crasse & imperfecte
 tantum de homicidio manu perpetrato Scribæ interpretaban-
 tur, ac de ipsa quoque, cordis cogitationibus, verbis, gestibus
 & aliis signis voluntatem occidendi testantibus, intelligendum
 esse docet, eoque & offendentem & offenso præcipit, ut, si qua-
 runque ratione impigisse se contra istam legem, recordatus fue-
 rit, reconciliationis rationem mature inear, ne pereat. Matth.
 V. 13. - 27. (β) in VI. præcepto, quod similiter de externo dun-
 taxat adulterii & fornicationis actu Scribæ intellexerunt, & con-
 cupiscentiam pravam diserte in lege vetitam, non vetitam du-
 raverunt; quos proinde ex ipsa lege falsitatis redarguit, & adul-
 terium commississe eum saltem in corde ostendit, qui vel foemi-
 nam lascive aspexerit. Unde etiam fidele consilium suggerit,
 quomodo omnis immundities per spiritualem mortificationem
 oculorum, manuum &c. tolli & evitari queat. Qua occasio-
 ne divortiorum levitatem taxat, ac nonnisi ob fornicationem
 dimitti posse uxorem, dicit, juramentorumque temeritatem
 redarguit, per interpretationem Legis negativam & positivam,
 Matth. V. 27. - 38. (γ) in *Lege Talionis*, quam ad vindictam pri-
 vatam traxerunt; ubi ostendit, 1. nefas esse privato illatam inju-
 riam ulcisci, verum eam, & majorem etiam imò duplicatam, suf-
 ferendam, quam vi repellendam esse, sive sub prætextu juris, sive
 violenter inferatur: 2. benefaciendum potius, etiam inimicis,
 adeoque petentibus dandum gratis, absque ulla retributionis spe.
 Idque ex præcepto de dilectione proximi deducit, quod deprava-
 tum

Matth. V.
13. seqq.

in præce-
pto V.

in sexto.

de dile-
ctione pro-
ximi.

Matth.
V. 38. seqq.

tum turpiter a Legisperitis sit, qui non alios pro proximis habuerunt, quam ex sua gente ortos & Judaismo addictos, ceteros omnes vero iuste odio excipi posse putabant, & cum exemplum Patris cœlestis proponit, tum damnum prœmii cum publicanis commune, qui benefactoribus amicisque benefaciant. Imo officia charitatis & humanitatis ex regula cordibus inscripta præstanda omnibus docet, & ad perfectionem contendere filios DEI iubet. Matth. V. 38. -- 48. Luc. VI. 27. -- 36.

VI.

Hypocri-
sin Pharif.
redarguit
1. in Elee-
mosyna,
2. in Ora-
tione, cu-
jus veram
rationem
tradit.

Hinc Pharisaicam hypocrisin in operibus quibuscunque & cultu divino fugiendam præcipit, (1.) in *elemosyna*, quam non ad ostentationem sed ad necessitatem & ex puro amore inque occulto dandam esse dicit, si gratiosam DEI remunerationem quis consequi velit. Matth. VI. 1. -- 5. (2.) in *Oratione*, quæ semotis arbitris in abdito potius conclavi, quam in publico, nec otiosis prolaxisve verbis, Gentilium more, sed devote & breviter fieri debeat, cujus formulam quandam tradit, inque ea ostendit, ad quem dirigenda & quæ maxime necessaria dispiritualia nimirum bona, ut sunt: 1. *sanctificatio nominis* divini vera, fidelis & salutaris cognitio & vita sancta, qua sanctissimus Pater cœlestis celebretur ubique. 2. *adventus regni* gratiæ & gloriæ cum omnibus ejus thesauris ineffabilibus, per efficacem Spiritus Sancti operationem, ut templum SS. Trinitatis fiamus, & cum Christo regnemus perpetuo. 3. *Voluntatis* divinæ, cum Legalis tum Evangelicæ, præstatio, per auxilia gratiæ & impedimentorum, à Satana, carne & mundo objectorum, remotionem, ut *ισαγγελος* simus. 4. *Panis*, fidelibus proprii & singularis, iisque solis adventitii & spiritali eorum necessitati indigentiaque promissi, suppeditatio, & per hunc jugis confortatio. 5. *Debitorum* s. peccatorum remissio, in infirmitate carnis contractorum, gratuita, per & propter Sponsorem ac Mediatorem, & reconciliatio cum proximo. 6. *eluctatio* è tentationibus malis, quibus Satanas affligere pios solet:

let: & 7. plenaria à malo liberatio & beata in cœlum migratio. *Matt. VI. 1. seqq.*
 Hæc omnia confidenter petenda & certo impetranda Salvator
 & subjecta innuit, qua confitentur fideles, EUM & posse
 & velle postulata dare, atque hoc gloriosum ei futurum. Quin-
 tam autem petitionem repetit Salvator, propter insitam huma-
 næ naturæ pravitatem, quæ conceptam iram ob illatam injuri-
 am alere & de vindicta sæpe cogitare solet, ac interim secura est
 de gratia DEI. Vanam esse hanc persuasionem, & frustra nos
 petere & expectare remissionem peccatorum, nisi remiserimus
 hominibus quibuslibet lapsus quosvis, docet. 5... 16. (3) in 9. in jeju-
 Jejunio, cujus veram rationem ostendit, rejecta falsa & simulata, *no.*
 16. 17. 18.

VII.

Posthæc alia impedimenta removet Christus in regnum
 DEI intraturis, speciatim amorem bonorum terrenorum, qui
 maxime noxius est & totum cultum divinum corrumpit. A
 fluxis igitur & caducis citoque amissibilibus rebus ad cœlestia,
 quæ solida atque æterna sunt, animos oculosq; convertere suos
 discipulos jubet Dominus, qui, si illuminati fuerint, hæc tan-
 tum quærant, ac illa spernant; secus autem faciant, si tenebris
 adhuc immerfi sint. Utraq; non simul quæri, nec DEO servire
 posse Mammonæ studiosos. Abjiciendam igitur esse anxiam
 curam τὴν βιωτικὴν, quia DEUS (α) vitam & corpus dans, etiam
 dare possit ac velit, quæ ad vitam sustentandam sint necessaria.
 (β) victum etiam avibus, neque ferentibus, neque metentibus,
 sufficiat, & multo magis hominibus suffecturus sit. (γ) Sta-
 turam justam pro lubitu largiatur, sine hominis cura, adeoque
 cibum parare facile queat: (δ) amictum cito perituris floribus
 campi pulcherrimum & plus quam regium, præbeat, & homi-
 nibus vestes ad necessitatem libentius det. Adeoque dimissa
 solitudine omni, Gentilibus propria, Cœlesti Patri, tam be-
 nigno & provido, fidendum, & regnum DEI primum quæren-
 dum esse, qui nobis reliqua omnia adjicere nosque à regibus præ-
 stare velit. Matth. VI, 19. -- 34.

4. in ava-
 ritia, qua
 cum cultus
 divino
 consistere
 nequeat.
 DEO E.
 fidendum
 ejusque
 regnum
 quæren-
 dum esse.

VIII.

VIII.

Matth.

VII. 1.

seqq.

s. in judi-
ciis teme-
rariis.

Hinc temeraria judicia, Phariseis & Scribis usurata, carpit, eaque fugere suos discipulos jubet, ne similem in modum ab aliis & ipso justissimo iudice judicentur ac condemnentur, secundum legem talionis & proverbium inde desumptum. Dandum igitur potius condonandumque, ut idem nobis contingat; cum stolidi sit hominis, alios docere & ducere velle, sua autem peccata gravia non cernere. *Εαυτοξορίας* instituendam sedulo & in veris quoque judiciis prudentiam adhibendam, ne sanctum cavenibus aut margaritæ porcis dentur, non sine damno proprio. Illam autem prudentiam precibus seriis impetrari certo posse à Patre cœlesti, prouiore ad dandum, quam est Pater aliquis terrenus. Regulam generalem observandam, omnibus & insitam, & à Lege Prophetisque confirmatam & explicatam: quæcunque volueritis, ut vobis homines faciant, eadem vos illis facite. Matth. VII. 1. - 13. Luc. VI. 37. - 42.

IX.

Viam de-
viam &
seductores
caveri
debere.

Tradita hunc in modum via beatitudinis, monet Salvator, eam, licet ardua videatur, ineundam esse, tametsi à paucis inveniatur atque teratur; fugiendam autem latam portam & spaciousam viam, plerisque frequentatam, utpote quæ in exitum infelices improvidosque viatores deducat: ac eo nomine sedulo cavendos falsos doctores, qui è notis cum internis tum externis dignosci facile queant, cum ultro, nec vocati nec missi, veniant, sub ovina pelle lupinum animum occultent tandemque exserant, & ejusmodi fructus prodant, quibus gloria DEI obscuratur, studium pietatis labefactatur, & consolationis vivificatione fundamenta subruuntur; perinde ac arbor, qualis sit, bonæne vel malæ indolis, fructibus demonstret ipsa suis, & si spem patrisfamilias fallat, excindi cremarique soleat. Neque exterminis nam speciem aut professionem sufficere ad probandum verino-

SANAT LEPROSUM, PARALYTICUM, SOCRUM PETRI. 41

minis Prophetam, vel Christianum, sed requiri, ut quis voluntatem Patris cœlestis quoad credenda & agenda exsequatur. *Abuch. VII. 13. seqq.*
 Matth. VII. 13 -- 24. Luc. VI. 43. -- 46.

X.

Sermonem suum finit Dominus seria admonitione & declaratione, quoniam fructuosi & infructuosi auditores sint: nec *Sermonis effectus.*
 fructurcaruit hæc concio; nam in stuporem admirationemque turbas conjecit efficax & dulcis Evangelii doctrina, à Salvatore proposita, quia spirabat divinam auctoritatem atque vim, inflectendis & convincendis animis hominum, ita ut nemo non sentiret, longe altius quid subesse, ac in Scribarum & Phariseorum frigidis sermonibus. Matth. VII. 24. -- 29. Luc. VI. 47. -- 49.

XI.

Quemadmodum autem JESUS efficacem & potentem *Leprosus*
 Doctorem verbis se demonstravit: ita quoque mox ipso opere *sanat*
 talem se declaravit, quando, de monte descendens, primo *leprosum*
 quendam obviam sibi factum, & humili, fideli resignatoque
 animo purificationem petentem, tactu verboque sanavit, & sanato præcepit, ne multis verbis tantum beneficium collaudaret; sed Sacerdoti semet ostenderet, ac, si mundum pronuntiaret, munus à lege injunctum offerret, in testimonium contra *Es Centu*
 suos calumniatores, qui hoc argumento convicti non possint *rionis ser*
 non certo statuere, se esse verum Messiam. Deinde *Capernaum*
 ingressus, Centurionis Romani servum, paralyti lethaliter *vum.*
 laborantem, qui per Judæorum seniores & amicos opem ejus imploraverat, & vel verbulo unico absentem quoque JESUM curare puerum posse crediderat, subito restituit; eaque occasione tantam Ethnici hominis fidem vehementer, comitante turba, de prædicavit, Judæorum incredulitatem castigavit, & horum rejectionem, Gentilium vero conversionem prænuntiavit.
 Mox Petri socrum febricitantem denuo restituit, ut ministrare

F

Bene-

42 C. P. MORTVVM SVSCITAT. LEGATIS 70 AN. RESPONDET.

Matth. Benefactori ejusque discipulis è vestigio potuerit. Quod mi-
VIII. 1. ff. raculum cum subito per universam civitatem increbuisse, mul-
 tos incitavit, ut, quotquot habebant ægros, variis morbis ob-
 noxios, etiam à dæmoniis obsessos, adferrent: quos ille omnes
 benevole sanavit, & vaticinium de Messia, *ipse morbos nostros*
portavit, ex parte quoque & à posteriori implevit, dum eos
 à morbis ex peccatis ortos liberavit. *Matth. VIII. 1. -- 18. Luc.*
VII. 1. -- 11.

XII.

*Vidua
 Nain fi-
 lium su-
 scitat.*

Altero post die, quo Capernaumum rediit, inde digressus
 Nain versus ivit, cum Apostolorum discipulorumque turba, satis
 tempestive, cum viduæ filius unicus efferretur. Quo tristi
 spectaculo commotus, mortuum tactu affatuque resuscitavit
 & resuscitatum matri tradidit. Novo hoc miraculo quotquot
 aderant, perciti, DEUM collaudarunt, quod promissum Pro-
 phetam excitasset, & populum suum gratiose respexisset. Inde
 rumor de JESU per universam Judæam & vicinas regiones spar-
 sus multum ad illustriorem ejus manifestationem fecit. *Luc.*
VII. 1. -- 18.

XIII.

*Legatio
 Johannis
 ad Chri-
 stum, hu-
 jusq. re-
 sponsio
 realis.*

*commen-
 datio Jo-
 annis.*

Cum hunc in modum fama JESU crevisset, factum
 etiam est, ut Johannes Baptista, discipulis suis referentibus
 dicta & facta Salvatoris stupenda, ac dubitantibus, istene,
 an Magister, promissus Mundi Salvator esset? quosdam ex
 iis ad JESUM, in Nain adhuc hærentem, mitteret, &, ut illi
 valide instruerentur, convincerenturque, quæstionis elucidatio-
 nem ab eo peterent. Cumque illo tempore JESUS multos à
 periculosis morbis & dæmoniis liberasset, factis potius quam
 verbis probavit, talem se esse, qualem Johannes sapius testatus
 est, & renunciare discipulos visa auditaque Doctori suo voluit,
 subjiciens, beatos illos esse, qui Prophetis, de se testantibus, fi-
 dem adhiberent, (*Jes. XXXV. 5. 6. LXI. 1. ff.*) & sua humili-
 tate non offenderentur. Hoc responso dimissis legatis JESUS
 coram

coram frequenti turba Johannem egregiè commendavit, cum à *Luc. VII. 18. seqq.*
doctrinæ constantia, tum ab officii præstantia, quod de se, ut-
pote majore, licet minimus aliis in statu isto exinanitionis videat-
ur, testimonium perhibuerit verissimum, tametsi illud pleriq;
contemserint, ac Pharisei præsertim & Legisperiti consilium
DEI salutare erga se ipsos nefarie repudiaverint, morosis pueris
similes, qui nulla ratione moveri queant, nec sibi, qui omnibus
omnia factus sit, crediderint. Paucos duntaxat Sapientiam
DEI hypostaticam cum doctrina salutis veram justamque de-
clarasse & celebrasse. *Luc. VII. 18. -- 36.*

XIV.

Tametsi vero superior Christi sermo male habuisset Pha- *JESUS*
risæos, tamen vulpina pelle odium tegebant, & occasionem *peccatri-*
captabant eum reprehendendi. Invitavit igitur eum Simon, *cem ab-*
adhibuitque suæ sectæ convivas. Quod ubi rescivit mulier, *solvit &*
quædam famosa, sed pœnitens, triclinio se ingessit, lachrymis *defendit.*
pedes JESU rigavit & capillis absterfit, unguentoque pretioso
inunxit. Hospes moleste tulit, quod JESUS impudicam fer-
ret, nec ab se repelleret, ac parum præclare de eo cogitavit. At
JESUS proposita parabola Phariseum proprio sermone con-
strinxit, humaniter reprehendit, mulieremque defendit, ac
tandem absolvit, propterea quod fidem per charitatem, opero-
sam tam præclare testata esset. *Luc. VII. 36. -- 50.*

XV.

Posthæc perrexit in visitanda peragrandaque Judæa oppi- *in Judæa*
datim & vicatim, & ubique regnum DEI prædicavit, prout an- *docet &*
tea facere consueverat, ad certitudinem confirmationemque *signa fa-*
fidei, & miracula etiam addidit in mulieribus nobilioribus, quæ *cit.*
benefactori è suis facultatibus necessaria subministrabant. *Luc.*
VIII. 1. 2. 3. Inde domum cum Apostolis, quos perpetuos comites *Domus de-*
atq; testes esse voluit, reversus, simulac adventus ejus innotuit, *monem*
à promiscua confluyente turba ita obrutus fuit, ut ne cibum qui- *ejecit fa-*
dem *stumque*

Marc. III. 20. seqq. tueretur tanquam divinum. dem capere potuerit, cujus insaniam & furorem familiares JESU vix sedabant; Pharisei quippe ac Scribæ per Beelzebulum ipsum dæmonia expellere calumniabantur. Quas calumnias Salvator variis solidisque argumentis refutavit, eosque blasphemiam in Spiritum S. reos pronunciavit. Interim dum Mater fratresque eum convenire volunt, nec per confertam turbam possunt, indicantibus, qui proximi fuerant, respondet, se carniscognitionem non agnoscere, sed Apostolos & genuinos discipulos pro suis habere. Marc. III. 20. - 35.

XVI.

Parab.

*de semine
in agro
quadrupl.
proposuit,
eumque
discipulis
exposuit.*

Calumniis Phariseorum solide à JESU refutatis, plures ei favere & ad eum confluere cœperunt, quos domi & foris sedulo instituit, & juxta lacum per parabolas multa proposuit: 1. de semine in agro sparso, & maximam partem vel conculcato, vel a volucris devorato, vel ardore Solis tacto, vel à spinis suffocato, parte tamen quadam fructus ferente uberrimos. Qua prolata parabola exclamavit: qui habet aures ad audiendum, audiat attendatque, quid ea sibi velit, sicque populum dimisit; discipulis tamen petentibus, post correptionem lenem, mysterium aperuit, reliquis autem propter cœcitatem & indurationem cordis malitiosam haud dari, dixit. DEUM quidem ait ubique seminare verbum Evangelii efficacem, id tamen non ubique fructus proferre, culpa auditorum, qui 1.) negligant contemnantve verbum DEI, s. ex pigritia, sive mundi seductione, s. diaboli astutia: 2.) vertumni, mutabiles & *πρόκαιροι* sint, qui curis secularibus, divitiis aut voluptatibus suffocati fructus ad plenam maturitatem haud proferant. Solos illos 4.) bonos esse auditores, qui verbum DEI attente audiant, retineant & multiplices fructus edant. Hanc expositionem JESUS proposuit Apostolis, ut eam aliis quoque inculcarent, & tanquam lumen quoddam clarissimum accenderent, semen verbi in toto terrarum orbe spargerent, & ad salutarem auscultationem ac receptionem

ptionem ejusdem omnes atque singulos studiose cohortarentur. *Marc. IV. 1. seqq. Luc. VIII. 4. 19.*
Id si faciant, plura semper bonæ fidei dispensatoribus divinitus datum iri.

XVII.

Alio quopiam die confluenti in agro turbæ iterum per parabolas locutus est, ac 1. sim lem fere cum priore parabolam adhibuit de satore semen spargente, sed aliis vestitam circumstantiis, aliumque in finem; nimirum hunc, ut statum Ecclesiæ Novi Test. in hoc orbe delinearet, Evangelii exordium, progressum atque consummationem indicaret. 2. admirabile Evangelii incrementum è tenui initio ad summum fastigium emergens, parabola de grano sinapis in proceram arborem exurgente, illustravit; & aliis insuper sermonibus parabolicis mysteria regni DEI expressit, privatimque discipulis edisseruit. *Marc. IV. 26. 35.*

Aliis par. Evangelii progressum & fructum declarat.

XVIII.

Cum totum diem docendo & sanando exegisset JESUS, & tamen turbæ descendere nollent, discipulis mandavit, ut de navi prospicerent, qua in Gadarenorum regionem trajicerent. Interea vero unus ex Scribis Magistrum adiit, eumque secutum se dixit, quocunque iret. Cui JESUS, utpote gnarus, quod quæstum ex ea re captaret, placide respondit, nil sibi superpetere terrenarum opum, nec eas sperari debere. Alii cuidam meliore animo secuturo, sed Patrem prius humaturo, tantum non indulget, sed sine mora sequi se jubet, & ad vitam spiritua-lem cogitationes omnes & tempus conferre. Tum navim paratam conscendit; de improviso autem ingens exortus turbo fluctibus navigium operuit, Domino multis laboribus fesso dormiente, & tantam tempestatem studio vel excitante, vel per- mittente, cum, ut discipulorum profectus & fiduciam explora- ret, tum, ut suam potentiam & opem declararet. Utrumque enim statim sese exseruit. *Quosdam sequi se volentes corripit & instruit, Tempestatem in mari sedat.*

46 CAP.V. SANAT DÆMONIACOS ET PARALYTICUM

Matt. VIII. 18. ff. amque prodentes redarguit primum, deinde & ventis marique
Damonia- cos sanat ap. Gada- renos, silentium omnipotenti nutu imperat, ac dominum maris ve-
 rumque adeo DEUM se demonstrat, (Ps. 62, 8. 77, 17. 20. 89, 10.
 Nah. 1. 4 Zach. 9, 10.) Omnes mox incessit timor, indeque orta
 & admiratio & deprædicatio. Cum ita salvi incolumesque
 evaderent in regionem *Gergesenorum* s. *Gadarenorum*, occur-
 runt mox damoniaci duo, è monumentis prodeuntes, furiosi &
 adeo sævi, ut nemo illac transire posset. Qui cum scirent, JE-
 SUM venisse, ut solveret diaboli opera, ei obviam eunt cum
 tota demonum legione, (hoc enim nomen sibi esse princeps il-
 lorum dicebat) ejectionemque violentam deprecabantur, &
 quasi exprobrabant; sed non obtinentes id, rogant imperium
 sibi in porcorum gregem, ibi locorum pascentem, dari, quod ubi
 concessit illis JESUS, eum protinus immigrantes in lacum præ-
 cipitarunt atque suffocarunt. Pastoribus hæc referentibus, op-
 pidani & vicini accurrentes JESUM rogarunt, ut à finibus suis
 discederet, quia majus malum metuebant ab eo, qui ipsa boni-
 tas est & salus. Damoniaci autem illis meliores, JESUM sequi
 volebant; at ille redire ad suos & prædicare DEI beneficia jus-
 sit. *Matth. VIII. 18. -- 34. Marc. IV. 35. -- 41. V. 1. -- 21. Luc.*
VIII. 22. -- 40.

XIX.

inde re- dux para- lyticum sanat. Inde rursus conscensa navi Capernaumum rediit publice,
 statimque ei allatus est jacens in lecto *paralyticus*, cujus, ut & ba-
 julatorum fidem cum pro sua omniscientia perspexisset, confi-
 denti animo ægrotum esse jussit, eique peccata primum remi-
 sit, quæ causa morborum & omnis mali sunt: deinde quoque,
 cum quidam Scribarum blasphemæ ei blasphemix crimen im-
 pingerent tacitis cogitationibus, hanc remittendi peccata po-
 testatem sibi quoque secundum humanam naturam assumptam
 competere, demonstraturus verbis & factis, integritatem corpo-
 ris paralytico uno verbo omnipotenti concessit, ut id turba vi-
 dens

dens admirata fuerit & collaudaverit DEUM, qui tantam po-
testatem indulserit hominibus. Matth. IX. 1. - 9. Matth. IX.
1. seqq.

XX.

Posthæc JESUS domo egressus ad lacum denuo vocavit Matthæum vo-
cat, &
Phari-
saos ogga-
nientes
refellit.
publicanum ad telonium sedentem, *Matthæum*, ad Apostolatum, qui protinus relictis omnibus comodis, efficaciter vocantem se-
quutus est, & ut gratum animum benefactori testaretur, ali-
osque sui similes ad eandem vitæ emendationem excitaret, eum
convivio cum publicanis excepit, qui peccatorum sensu com-
puncti & de sua salute solliciti, JESUM pariter sequebantur.
Quod cum Pharisei indigne ferrent, idque discipulis exprobra-
rent, factum defendit Magister, ostenditque, hoc merito & jure
ab se fieri, ex officii, ad quod missus sit, ratione, ut Medicam
manum spiritualiter ægrotis præstaret, ac peccatores ad poen-
itentiam vocaret. Ita repulsi pudoreque suffusi, discedere co-
acti sunt; mox tamen adscitis Johannis in carcere detenti disci-
pulis, denuo eum adoriuntur, & exprobrant, cur ipsius discipuli
jejunia crebra & statas preces negligerent? Quibus ille distin-
cte solideque respondit, ac primo quidem Johannis disci-
pulis placide, revocando iis in memoriam Præceptoris de se
testimonium, non debere jam sponsi familiares lugere, præsentem
sponso; venturum autem tempus, quo sponso per mortem sub-
lato, satis jejunaturi & luctum isthoc signo testaturi sint. (Joh.
III. 29.) Deinde & Phariseorum discipulis false responderet, qui-
busdam similitudinibus, & παροπαρεδosis inveteratas de jejniis
& id genus aliis opinionibus, monstrans, eas nequaquam cum
Evangelii doctrina nova, ceu videri queat, congruere. Matth.
IX. 9. - 18.

XXI.

Hæc hunc in modum loquente JESU, accidit singulari *Jairi fi-
liam re-
suscitat.*
DEI providentia, ut *Jairus*, Synagogæ Capernaumi Caput, in
ades convivales penetraret, ad pedes JESU procideret, proq;
filia

*Matth. IX.
18. seqq.*

filia moribunda apud illum humiliter intercederet; certo credens, eum mortuam quoque puellam restituere facile posse. Cessit mox precibus Archi-Synagogi Salvator, & sine mora ad filiam contendit, licet multa adhuc fidei infirmitate eum laborare videret, quem tamen per miraculum inter eundem confirmavit. Nam comitanti turbæ frequenti se immiscuit mulier quædam, perpetuo & extraordinario sanguinis profluvio laborans per 12. annos, a medicis frustrata & exhausta, JESUque vestem a tergo contigit & sic salvam se fore, firma spe credidit. Nec fiducia eam fefellit. Prodiit enim ex Domino id sentiente protinus divina sanandi vis, ut a morbo prorsus liberatam se sentiret. Quod miraculum occultè patratum ne fileretur, JESUS ad afflictorum solatium manifestari voluit. Unde quis se tetigerit, quærit, & cunctis negantibus, circumspicit, ut mulierem deprehenderet; quæ, cum videret, latere se haud posse, prodiit, & rem omnem territa exposuit. Eam JESUS confidenti animo esse & in pace abire jussit, satis habens fidem mulieris commendasse, & turbæ comitanti exemplum imitandi proposuisse. Et sane multum profuit Archisynagogo, qui interea triste nuncium de filia morte accepit. JESUS enim cum erexit, & ad similem fidem excitavit, cum omnia credenti possibilia sint, ac ingressus ædes, tibicinum, feralia carmina nondulantium, & lugentium turbam secedere jubet, & ridentem nolentemque ejicit, ejectaque illa, puellam mortuam prehensa manu suscitavit vitæque subito restituit, ut ambulare mox & edere potuerit, stupentibus parentibus. JESUS autem non suam gloriam sed hominum salutem quærens miraculum divulgari quidem prohibuit, sed obtinere non potuit. Matth. IX. 18. -- 17.

XXII.

Duos cæcos sanat. Digredientem ex ædibus Archisynagogi JESUM expectantem. Et abbat turba ejecta in vicis, ubi alii etiam, ut sit, accurrebant, vel novi quid videre aut audire cupientes, vel Salvatoris opem expeten-

expetentes. Inter hos duo cæci erant, Judæis oculatiores, qui publica signorum concionumq; Christi fama excitati, fiduciam de eo conceperant, eoque illius opem implorabant. Hos ubi Saluator examinavit, & vere credere deprehendit, tactu sanavit subito, sed divulgari tum statim factum noluit: at restituti, contra Domini interdictum, ubique famam sparserunt. Deinde è *demoniaco* allato dæmonem expulit, admirantibus turbis, sed calumniantibus Phariseis, & non divinæ virtuti sed Satanicæ collusioni factum adscribentibus, Matth. IX. 27. -- 35. *Matt IX. 27. seqq. & demoniaco.*

XXIII.

Inde Capernaumo exiens in patriam suam, Nazaretham, *Nazareth de-* rediit, ibique denuo contemnitur, cum in Schola publice do- *nuo con-* ceret; unde propter civium incredulitatem nec potuit nec vo- *temnitur,* luit multa miracula patrare. Digressus igitur è patria, quarta *Galileam* vice Galilæam peragravit, Ecclesias & Synagogas visitavit, ac *visitat, 12.* miraculis, pro re nata; doctrinam Evangelii confirmavit. *Apostolos* (Marc. VI. 1. -- 7.) Visa autem ubique hominum turba palan- *mittit &* te & errante, tanquam grege pastore carente, intima tactus mi- *instruit.* sericordia est erga miseros, quod multa quidem messis, sed pauci operarii essent, monuit non tantum discipulos, ut messis Dominum hoc nomine orarent, sed ipse etiam XII. Apostolos convocavit, & concessa potestate miracula patrandi, eos nominatim emisit, ut perditis ovibus Israëlita domus prædicarent, instare regnum cælorum, Matth. IX. 35. -- 38. X. 1. -- 8. Atque, ut expeditiores in obeundis muneris partibus essent, ab omni cura & onere *Βιωτῶν* & superfluatorum eos immunes esse voluit, cum DEUS necessaria suppeditaturus & dignus operarius sit alimento, Matth. X. 9. Deinde instruit eos, quomodo gerere se debeant erga benevole se recipientes & repudiantes, prudenter, patienter & confidenter, freti præsentiope divina, in periculis persecutionibusque maximis, certo obventuris: contra quæ mala Magister eos munit, proposito suomet exemplo & speciali

Jo G. V. JOHANNEM LAUDAT, VRBES INCREPAT, INVITAT.

Matt. X. speciali providentia promissa II. -- 31. ad confessionem constan-
31. segg. tem monet, cum abnegatione felicitatis terrenæ & necessitudi-
 nis domesticæ, atq; necessitate crucis suscipiendæ, sub spe præ-
 mii ingentis, quod etiam illis pollicetur, qui Apostolos recipit
 & reficit, 31. -- 42.

XXIV.

Discipulis
Joannis
rursus ad
se missis
idem resp.
quod an-
tea Vrbes
quasdam
ingratis
inrepat,
laborantes
invitat,

Cum vocati dimissique duodecim Apostoli specimina pas-
 sim in Judæa ederent demandati muneris, JESUS interea di-
 gressus aliis in oppidis docuit, doctrinamque suam, pro more,
 miraculis confirmavit. Quæ ubi Johannes carceri jam manci-
 patus audivit, denuo duos è discipulis suis ad Christum misit,
 quæsitum, an is venturus Messias esset? Quibus Christus non
 aliud, quam antea fecerat, Luc. VII. 27. ff. (vid. §. XIII.) re-
 sponsum dedit, iisque abeuntibus Johannem magnis elogiis or-
 navit, ac affirmavit, inde a diebus predicationis ejus regnum
 cælorum omni vi (mit aller Macht) erumpere, advenire & in-
 sinuare se in corda hominum, ac inferentes se in illud summo
 studio, ad se rapere, quemadmodum Lex & Prophetæ prædi-
 xerint. Johannemque esse Eliam, & audiendum ac ei obtempe-
 randum fuisse; a paucis vero sapientiam DEI in orbem venien-
 tem, & a Johanne monstratam, agnitam justam, acceptamque
 fidei obsequio esse, licet ipse Filius quoque regnum suum omni-
 bus obtulerit, eosque benevole invitaverit. Hinc merito civi-
 tates istas, in quibus plurima edidit miracula, illæ tamen ad fru-
 gem non redierunt, objurgavit, ac nominatim Chorazin, Beth-
 saida & Capernaumo (ubi undecies fuit) gravius judicium in-
 terminatus est, quam quod Sodomitis subeundum in die judicii.
 Deinde gratias agit Patri suo, pro revelatione Evangelii fa-
 cta parvulis & simplicibus, quam sua opinione sapientes & in-
 stituti repudiarint, non ex gratia DEI, sed suo merito regnum cæ-
 leste obtinere cupientes; cum tamen aliud visum DEO gratio-
 se sit, qui totum salutis negotium sibi commiserit, ac neminem
 mysteria regni cælorum vel cognoscere posse, nisi Filius ei reve-
 laverit

laverit per Spiritum sapientiae & revelationis. Se autem paratum esse ad subveniendum omnibus misere afflictis, & onus peccatorum sentientibus, & refocillationem fide petentibus, si modo vicissim subeant suscipiantque jugum suum, commodum & leve gratia adjutis, & sibi unico Doctore & Salvatore constanter adhæreant, & cum credant, tum faciant patienterque, quæ iis præscripserit. Matth. XI. tot.

XXV.

Circa idem tempus, paulo ante festum Paschatos, cum JESUS iterum per sata iret, (vid. Luc. VI. 1. ff.) Sabbato, ejusque discipuli esurientes spicas vellerent ederentque, ac Pharisei hoc nomine illos accusarent, Magister factum tanquam licitum defendit, exemplo Davidis, 1. Reg. XXI. 6. & Sacerdotum, in templo mæstantium & edentium sine culpa, propter loci dignitatem ceremonialem, Lev. XXIV. 8. 9. Multo magis igitur infantes suos discipulos esse habendos, cum ipse adsit, per quem omnia sanctificentur, quique & templo major & ejus ceremonias abrogaturus, ac Dominus Sabbathi sit, hocque apud Pharisei, non condemnari sed potius conclusuri fuissent, discipulos suos infantes esse. Inde digressus, eodem die in Synagogam veniens incidit in hominem tabidam manum habentem, quem, posteaquam Phariseorum dubia validissime ex Deut. XXII. 4. solvisset, protinus sanavit; hostes tamen hoc miraculo sanati non sunt, sed egressi consilium de JESU perimendo ceperunt. Quo cognito illinc discessi, sequente ipsum ingenti hominum multitudine, quam & docere & sanare perrexit, palam tamen se facere vetuit, ut impleretur vaticinium Jesaia Cap. XLII. 1. ff. quo omnia, quæ de Messia humilitate, officio & victoria dilucide prædicta sint, in eo reperiuntur; ut adeo frustra dictis factisve Jesu offensi fuerint calumniatores Pharisei. Sed homines insanabiles neque istis, neque novo edito miraculo, coque insigni, quando

Matth.
XI.

Discipulis
suis
Sabbatho
spicas vel-
lentes de-
fendit. Et
seipsum
cum ma-
nu cap-
tum sa-
nasset &
demonia-
cum.

Matth.
XII. 207.

dæmoniacum, cæcum & mutum subito, cum admiratione omnis turbæ, restituit, commoti, blasphemæ dixerunt, eum Beelzebubis ope talia facere. Has calumnias validissimis argumentis diluit Salvator, atque ostendit, se nequaquam cum diabolo colludere, sed ejus hostem & victorem regni que Satanici destructorem esse, ac DEI digito, potentia ac Spiritu S. ejicere impuros spiritus; quod negari ne ab ipsis quidem possit, si veritati & conscientiæ elencho locum relinquere vellent: sed, cum reluctentur malitiose, & doctrinam suam, miraculis vere divinis confirmatam, libere voluntarieque abnegent, & oppugnent, atque Spiritus Sancti officium ac beneficia iis largissime per se ipsum quoque oblata & annunciata, pessime blasphemant, sicque omnia salutis media repellant, cum Salvatore ^{Θεὸς καὶ υἱὸς Θεοῦ} peccatum nunquam iis remissum iri, sed æternum ipsos mansurum exitium, qui tam blasphemæ de se suisque operibus, è quibus facile colligere potuerint, quis quantusque esset, sentiant & loquantur; hæc satistestari, quod genimina viperarum sint & diaboli instrumenta, cujus instinctu tantas eructent blasphemias, e corde pessimo. De iis proinde pœnas ipsos daturos futurum die judicii, quo etiam de otioso quovis verbo rationem reddere teneantur. Quidam Scribarum & Phariseorum apologia Christi convicti cœterorum blasphemias non approbarunt, leviter tamen de superiore ejus miraculo sentientes, aliud insignius signum importune & inverecunde postularunt, ut eum tentarent, non ut fidem suam inde confirmarent. Quare tale non dabat, sed aliud ex Scriptura de Jona, qui typus CHRISTI erat, quo simul tacite eos ad Scripturæ S. scrutinium diligens ablegabat, ac exprobrabat iis, quod se interfecuri & ad poenitentiam redituri haud essent, licet resurrecturus & per Apostolos poenitentiam prædicaturus sit: quod tamen Ninivitæ sapientia; qui proinde etiam condemnaturi sint generationem istam pravam Judæorum, se, qui Jona atque Salomone major esset,

Signum
petentibus
negat, &
in ore du-
lis pœnas
denun-
ciat.

esset, audire sequique nolentem. Unde eis tanquam relapsis *Matt.*
& spiritualiter à Diabolo obsessis, gravissima & æterna suppli- *XIII. tot.*
cia denunciatur. Quæ cum JESUS ad populum diceret, super-
veniunt tertia vice (Marc. III. 31. Luc. VIII. 19.) ejus mater &
fratres, cum ipso collocuturi; sed is renunciantibus proxime
adstantibus, iis credentes & voluntatem Patris facientes, præ-
fert. *Matth. XII. tot.*

XXVI.

EO ipso die JESUS ad mare Genesareth progressus, conse- *Septem*
dit in littore, & conveniente subito ingenti hominum multi- *parab. è*
tudine, navim conscendit, indeque per similitudines multas *navi pro-*
eam docuit, orsus I. à verbo DEI, certissimo salutis medio, cu- *ponit &*
jus naturam, conditionem & virtutem, comparatione cum se- *exponit.*
mine instituta, deprædicat, unaque ostendit, qui fiat, quod
idem verbum non eundem apud omnes illud audientes fructum
proferat, nimirum, quia paucissimi recte audiant & retineant in
bono corde. Hinc 4. auditorum genera commemorat: (α)
eorum, qui similes agro ad viam, ubi semen sparsum a transeun-
tibus vel conculcatur, vel ab avibus devoratur, auditum ver-
bum statim vel amittant, vel perdant, sive ex pigritia, sive mun-
di seductione, sive diaboli astutia; (β) eorum, qui petricosi in-
star soli, non firmam habentes radicem, tempore persecutionis
deficiant: (γ) illorum, qui terræ spinis obsita eoque semen exo-
riens suffocanti similes, sub curis mundanis, divitiis & volupta-
tibus fructum ad plenam maturitatem non perferant, sed pressi
oneratique pereant: (δ) istorum, qui agri boni naturam imitan-
tes, incorruptibile verbi semen fidei corde recipiant, firmiter
retineant, & maturos fructus edant. Atque tales discipulos
suos Salvator esse dixit, cum avide verbum audiverint, intelli-
gere & servare studuerint, ad priores autem 3. classes Judæos
revertit. *Matth. XIII. v. 24.*

II. Parabola docet, quis Ecclesiæ status in hoc orbe sit,
G 3 quod

Mat. XIII. quod non omnes receptum verbum incorruptum servant, sed zizania quoque sive omnis generis corruptiones disseminentur, autore diabolo, dormientibus hominibus, quæ tamen, si manifestentur & erumpant, non vi evelli sed tolerari debeant, ne bonis simul damnum inferatur, & mali per benignitatem & longanimitatem DEI ad poenitentiam ducantur, usque ad tempus iudicii, quo DEUS ipse separationem per angelos facturus & cuique pro meritis retributurus sit, *ψ. 24. -- 31. & 36. -- 44.*

III. Similitudine indicatur, Ecclesiam ex parvis initiis incrementum maximum sumturam, ut aliunde gentes ad eam advolaturæ sint, *ψ. 31. 32.*

IV. Parabola ostendit Christus vim & efficaciam verbi occulte serpentem & penetrantem corda hominum, ut DEO grati acceptique fiant, per fidem, quæ subacta probe fert fructus in patientia, utiles etiam proximo, *ψ. 33.*

V. Evangelii & beneficiorum per Christum partorum ibique oblatorum, pretiositatem innuit, quorum causa omnia terrena negligenda sint, & primum regnum DEI cum thesauris latentibus quærendum, *ψ. 44.*

VI. Vel idem declarat, quod priore parabola, vel significat potius, tendere omnes debere ad unionem cum Christo, ut is habitet in corde, quem si habemus, omnia habemus, *ψ. 45.*

VII. Parabolæ de sagena s. everriculo in mare jacto & cujusvis generis pisces capiente, eundem scopum esse putant, ac illius de zizaniis. Chrysostomus existimat, hic eos notari, qui quidem veritatem cognoverunt, sed male vivendo pereunt. Differt forte in eo a parabola de zizaniis, quod hæc agat simpliciter de consummatione seculi, illa de consummatione *τῆ αἰῶνος* *ψ. 47. -- 51.*

His parabolis propositis Christus quærit ex discipulis, an omnia intellexerint, cumque id affirmassent, eos adhortatur, ut, cum oeconomi mysteriorum DEI constituti sint, exemplo prudentis oeconomi, ea in penetralia cordis sui reponant, indeque ad

ad usum Ecclesiæ aliquando promant è Veteri & Novo Testam. *Mat. XIII.*
51.--54.

XXVII.

Hinc tertia vice in Patriam redit ibique in Synagoga do- *in patria*
cens a popularibus gravius etiam quam antea, (Marc. VI. 1. ff, *rursus*
& Luc. IV. 16.) contemnitur, 54.--58. Conf. *Calov. Harmon. spiritus.*
p. 63.

XXVIII.

Interea *Herodes Antipas*, posteaquam Johannem, se gra- *Scedit in*
viter ob incestum cum fratris uxore commissum, redarguen- *desertum,*
tem, in carcerem conjecit, & ad saltantis puellæ preces, decol- *ibique*
lavit, JESUM inclarescere audivit, eumque Baptistam redivi- *5000. cibis*
vum putans, videre gestiit; sed JESUS accepto mortis illius *5. panibus*
nuntio a discipulis, propius accedere noluit, inque desertum *& 2. pisci-*
Bethsaidæ se contulit, cum Apostolis, redeuntibus ac renun- *bis; hono-*
ciantibus, quæ egissent ac docuissent, ut paululum requiesce- *rem fugit,*
rent: latere tamen ibi non potuit, cum abeuntem vidissent *in mari*
multi, quid alii aliis nunciantes, illuc pedestres ex omnibus *ambulat,*
oppidis concurrerunt. Quam multitudinem conspicatus Do- *agrotos*
minus, miserorum est miserrus, quod essent perinde ac pasto- *sanat.*
rem non habentes oves. Eos itaque salutari cibo Evangelii re-
fecit, & ad vesperam usque docuit, & agrotos sanavit, adeo ut
discipuli eum monerent, dimittendam esse turbam in vicinos
vicos, ut cibaria inveniat. At ille præbere famelicis cibos jus-
sit, quos, cum sibi haud suppetere respondissent, ipse miracu-
lose præbuit, præsentemque quinque panes hordeaceos & duos
piscis ita multiplicavit, ut non tantum satiandis quinque mille
hominibus sufficerent, verum etiam fragmentorum canistra
duodecim superfuerint. Hoc miraculo commoti homines,
eum agnoverunt vatem, quem olim promiserit DEUS, imo
Regem facere voluerunt. Quod cum intelligeret, ipse solus
in montem iterum recessit, orandi causa, discipulis navim con-
scendere & Capernaumum contendere jussis, ad quos quar-
ta demum noctis vigilia venit, valde in remigando la-
borantes,

*Matt.
XIV. 14.
ff.*

borantes, propter ventum contrarium, per lacum ingrediens, eosque praterire volens; at turbatos discipulos spectrumque se vidisse, reputantes, bono animo esse jubet, & Petrum audacius ad se euntem, sed addubitantem, & mergi incipientem, porrecta manu prehendit, cumq; eo navim ingressus est: tum ventus confestim placatus fuit, & in Genesarethanum agrum venerunt, stupentibus & non satis considerantibus discipulis prius miraculum de panibus. Illius autem regionis incolæ simulac de adventu Christi audiverunt, ægrotantes attulerunt, & sanari ab eo petierunt, quos ille omnes restituit. Matth. XIV. tot. Marc. VI. 14. - 56. Luc. IX. 7. - 17. Joh. VI. 1. - 24.

XXIX.

*Capernaum
mi in Sy-
nagoga de
spirituali
cibo disse-
rit.*

Altero post die turbæ videntes nec JESUM adesse, nec ejus discipulos, consensu navigiis Magistrum quæsierunt Capernaumi, & in Synagoga invenerunt, qui, cur discessisset ab ipsis, interrogatus, causam discessus aperuit, quod se non eo fine ex peterent, ut cœlestem panem acciperent, quem dare cuperet, sed terrenum tantum desiderarent, ac severe eos monuit, utilius potius in omnem perennitatem permanens cibum, quam hunc periturum, procurarent. Ad quæ cum exciperent Judæi, id se facere non posse, JESUS respondit, fide hoc fieri, nec hominis sed DEI opus esse, qui operari velit in omnibus media salutis non repudiantibus, ut credant in se fideque sustinent cœlestia bona. Instantibus & signum petentibus par signum Moysi, Mannam in deserto Israëlitis dantis sicque fidem sibi conciliantis, etiam atque etiam confirmavit, Mannam fuisse typum duntaxat veri panis, qui non ex aëre sed de cœlo descendat, & vitam mundo det æternam. Seipsum JESUS designabat; sed terreni homines nonnisi de terreno pane Salvatorem loqui existimantes, perpetuo sibi dari istum panem petebant. Quare se illum panem esse, aperte profitetur, & quid sit profuturum, panem talem fide comesse, declarat, & incredulitatem perse-

perseverantem iis exprobrat, quod, licet se viderint, sibi tamen *Job. VI. 21. f.*
 non credant, sicque demonstrent, quod non sint de iis, quos
 Pater sibi dedit; tales enim ad se venire, per fidem tractos,
 ac talibus vitam se dare, huncque in finem de coelo descendis-
 se, ut benevolam Patris voluntatem faceret, & peccatoribus,
 salutem justitiamque esurientibus ac sitientibus, exponeret atque
 daret. Sed nec his moti sermonibus emendatique sunt, imo
 carnalia tantum cogitantes mulstabant inter se, negabantque
 vera esse, quæ JESUS dixisset; quibus ille denuo exprobravit
 pertinaciam, quod Patri, trahere, docere & illuminare eos vo-
 lenti per verbum & Spiritum suum, malitiose resistent, sibi
 Patrem referenti, ejusque nomine loquenti, non credant: &
 confirmavit amplius ante dicta, addiditque, se panem vitæ, &
 carnem suam vere cibum, & sanguinem vere potum esse, fide
 comedendum & bibendum, omnibus, qui salutem habere & in
 unionem mysticam venire volunt. Qui sermo durus visus fuit
 non tantum Judæis cæcis, sed etiam multis ex discipulis JESU.
 Quod cum pro sua omniscientia intelligeret, scandalum, ex suis
 verbis injustissime acceptum, remove studuit, & ad ascensio-
 nem suam in coelos, quam visuri sint discipuli, provocavit, in-
 deque colligere eos voluit, verissime abs se dictum esse, quod de
 coelo descenderit, panis vitæ sit, carnem præbeat comedendam,
 quæ vivificam virtutem habeat ex spiritu, s. unione personali
 duarum naturarum, carnem nudi hominis nil prodesse, at vivi-
 ficantem: hincque etiam verba quæ loquatur, non esse inania,
 uti alia hominis meri verba, sed spiritu & vita animata; digna
 adeo quæ recipiantur fide & obsequio. Obstare autem carna-
 lem rationem & incredulitatem in plerisque, ut talia mysteria
 non percipiant, nec ad se veniant, a Patre licet suaviter tracti.
 Ex eo tempore multi auditorum CHRISTI retro abierunt; quare
 ad Apostolos conversus eos interrogavit, an & ipsi discedere
 vellent? Petrus autem è fervore fidei alios præveniens, negavit
 se velle, utpote satis certos, quod solus verba vitæ æternæ ha-
 beat